domine Jhu tibi merito dixit cor meum
exquisiuit te facies mea: faciē tuā dn̄e re/
quiram. Nempe auditā fecisti mihi mãe
misericordiā tuā. cū iacenti primū in pul
uere. tuaq̨ deosculāti reuerenda vestigia
q̄ male vixerā remisisti. Porro in pgressu
diei letificasti animā serui tui cū deinde ī
osculo manus etiā bene viuēdi gratiā in/
dulsisti. Et nūc quid restat o bone domīe
nisi vt iam in plenitudine lucis in feruo/
re spūs ad oris quoq̨ osculū dignant ad
mittens adimpleas me leticia cum vultu
tuo. ¶ Indica mihi o suauissime o serenis
sime indica mihi vbi pascis vbi cubas ī
meridie. Fratres bonum est nos hic esse
⁊ ecce aduocat nos dici malicia. Hi siq̄/
dem qui modo supuenisse nunciant gra/
tum cogūt rumpe magis q̄ finire sermo/
nem. Ego exibo ad hospites: ne quid de/
sit officijs eius de qua loquimur charita
tis: ne forte ⁊ de nobis audire ɔtingat. di
cunt enim ⁊ nō faciūt. Uos orate interī
vt voluntaria oris mei beneplacita faci/
at deus. ad vestrā ipsoꝝ edificatiōē ⁊ lau
dem ⁊ glīam nōis sui.

¶ Sermo. iiij.

X Triplicē quen/
dam anime profectū. sub noīe
trium osculoꝝ sermo hesternus
complexꝰ est. Nunq̄d excidit vobis? Is
mihi hodierna disputatione psequendus
erit put parare dignabit in dulcedine sua
pauperi deꝰ. Diximus si recolitꝭ illa oscu
la sumi ad pedes. ad manuꝫ. ad os. singu
la singulis referētes. In primo sane pri/
mordia dedicātur nostre cōuersiōis. Se
cundū aūt pficientibꝫ indulgetur. Porro
tertiū sola experit et rara pfectio. Ab hoc
solo quod vltimū positū est sumpsit exor
dium scriptura ista quā tractare suscepi/
mus ⁊ ipsiꝰ causa reliqua duo a nobis ad
iuncta sunt. An vero necessarie? vos iudi
cabitis. Puto enim facies ipsa eloquij fa
cile admonet ⁊ ista requirere. Mirū vero
si non ⁊ vos aduertitis oportere reuera eē
aliud siue alia oscula a quibus illud oris
distinguere voluit: qui dixit. Osculet me
osculo oris sui. Cur enim cū sufficere po/
terat dixisse simpliciter. osculetur me. pre/
ter morē tamen vsumq̨ loquēdi distincte
⁊ signanter adiecit osculo oris sui. nisi vt
ostenderet ipm quod petebat osculū sum
mum esse. nō solū. Nōne deniq̨ ita inui/
cem loquimur. osculare me vel da mihi
osculū. ⁊ nemo sequitur vt dicat ore tuo.
siue osculo oris tui. Quid alterutrū oscu/
lari parātes num versus inuicē ora tendi
mus. que tamē ab inuicē nō requirimus
nominatim? Deniq̨ qui narrat (vbi grā)
a dn̄o susceptū in osculo pditorē. ⁊ oscula
tus est (ait) eū. nec addidit ore suo vl' oscu
lo oris sui. Sic nimirꝫ oīs ⁊ q̄ scribit ⁊
qui loquit ɔsueuit. ¶ Sunt ergo hi tres Y
animaꝝ affectus siue pfectus expertꝭ dū
taxat satis noti ⁊ manifesti. cū aut de actꝭ
malis indulgentiā. aut de bonis agendis
gratiā. aut ipsiꝰ etiā indultoris ⁊ benefa/
ctoris sui p̄sentiā. eo quidē modo quo in
corpe fragili possibile est obtinent intueri
Ceterū primū ⁊ secundū qua rōne oscu/
la nominaueri: manifestiꝰ accipite. Oscu
lum pacis indiciū est. oēs nouimꝰ. Por
ro aūt si (vt scriptura loquitur) pctā nr̄a se
parant inter nos ⁊ deū. tollatur d' medio
quod interest. ⁊ pax est. Cū ergo satisfaci
mus vt ablato quod sepat peccato recon
ciliemur. indulgentiā quā recipimꝰ quid
nisi quoddā osculū dixerim pacis? Idq̨
interim nō alibi q̄ ad pedes sumendum.
Humilis quippe ⁊ verecūda debet esse sa
tisfactō qua emendat superba trāsgressio
At cū etiā ad viuendū emendatiꝰ: deoq̨
digniꝰ cōuersandū: placita quadā ampli
oris gratie familiaritate donamur. ampli
ori ⁊ fiducia caput iaꝫ leuamꝰ de puluere
largitoris (vt assolet) manū osculaturi. si
tn̄ de accepto munere nō nr̄am sꝫ auctorꝭ
glīam querimus: eiq̨ sua dona ⁊ non no
bis ascribimꝰ. Alioq̄n si in te ⁊ nō magis
in dn̄o gloriaris ppriā pfecto ⁊ nō domi
ni manū osculari ɔuinceris. Quod iuxta
beati Job sniām ē iniq̄tas maxima ⁊ ne/
gatio in deū. Si ḡ ad scripture testimo/
nium ppriā glīam querere. ppriā est oscu
lari manū. pfecto qui dat gloriā deo. dei
dicit n̄ incōgrue manū osculari. Et ī hoī
bus quidē ita esse videmꝰ: seruos videli/
cet offensoꝝ dn̄oruꝫ osculari solere pedes
cū ab eis veniā petūt. ⁊ pauperes diuitū
manus cū ab eis munꝰ accipiūt. ¶ Uerū Z
quia spūs est deꝰ. ⁊ nullis simplex illa sub
stātia mēbris distincta corporeis. erit for
san q̄ nullatenus d' illo recipiat tale aliq̄d



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-317/0027
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt